

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Jodoci Badij asce[n]sij Stultifer[a]e navicul[a]e seu
scaph[a]e, Fatuarum mulierum: circa sensus quinq[ue]
exteriores fraude nauigantium ...**

Badius Ascensius, Jodocus

[Straßburg], 1502

VD16 B 145

Stulte olfactionis strapha

[urn:nbn:de:bsz:31-294548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-294548)

31
Stulte olfactionis scapha



Scapha olfactionis stultę.

¶ Ensus quidē olfaciendī nō minus q̄ audīē
dī mirabilis est cū itidem dubitare liceat qd
sit qđ ab floribus ceterisq; rebus odoriferis
ad organū perfunditur. Ceterę cū eiusmodi inquisi-
tio parum utilitatis afferat; tantū modo recitauero
quę Aulus gelius lib. xix. ca. ij. de hoc & de ceteris
sensibus scripsit: & sunt hæc. Quinq; sunt hominū
sensus p quos voluptas animo aut corpori queri vi-
detur gustus / tactus / odoratus / visus / auditus. Ex
his oibus q̄ immodice voluptas capit: ea turpis atq;
improba existimat. Sed em̄ pre nimia ex gustu atq;
tactu est: ea voluptas (sicuti sapientes senserūt) om-
nium rerū foedissima est. eosq; maxime qui durabus

D ij

Aulus gelius
Quinq;
sensus.

Stulte olfactionis scapha

*libidinosi
incontinentes*

*quod dicitur in
bestijs*

Aristotel.

Continentes

Philoxen^o

Quinq;
genera sen-
tiendi.

istis beluinis voluptatibus sese dediderit grauissimi
 vicij vocabulis greci appellant acolasos. i. libidinosos
 & intemperantes acratissos. i. incōtinentes. Iste autē
 voluptates duę gustus atq; tactus. i. libidines in ci-
 bus atq; venerem pdige: sole sunt hominibus com-
 munes cū bestijs. Et idcirco in pecudum ferorumq;
 animalium numero habetur/ quisquis est his ferinis
 voluptatibus perunctus. Ceterę ex tribus alijs sens-
 sibus pficiscentes hominū esse tantū pprie vident.
 Verba sup hacre Aristotelis philosophi scripsi/ vt
 vel autoritas clari atq; inclyti viri tā infamibus nos
 voluptatibus deterreret. Interpretant autē sic. Cur in
 cōtinentes eos appellare solemus: qui voluptate cō-
 tractandi aut gustandi exuperant Nam qui modice
 re vtunt veneria: & luxu delectant ciborū incōtinen-
 tes vocamus. Ciborū tamen nō eadem ratio est: sed
 p̄tīm linguā / p̄tīm gulam mouent suauitate. Vnde
 Philoxenus gruis collum a d̄ijs immortalibus sibi
 dari optabat. At vero qui videndo audiendove mo-
 dum excedunt: nō eodem vocabulo significamus.
 an qm voluptates sensibus his accōmodatas cōmu-
 nes cū ceteris animantibus habemus. Ergo vt cōmu-
 nes spernimus & notamus: solasq; omnium aut ma-
 xime probro damus. Itaq; hominē his deditū repre-
 hendimus. & incōtinentē intemperantēq; appella-
 mus. q̄ victus a teterrimo voluptatū genere ducit.
 Sed qm sentiendi genera quicq; sint cetera animalia
 duobus tantū. quę modo diximus: voluptatē sibi
 acquirūt ceteris: vel nihil omnino delectant: vel per-
 occidens ita afficiuntur. Quod enim videt aut ol-
 facit: tantisper gaudet quoad gustus tactusve frui-
 scatur. Cūq; genus idipsum concupiscendi exple-
 uit: illorum quoq; suauitas desijt: vt nobis falsamen-

Su-
 odor quot
 p̄tēq; sum-
 odor semp-
 humani pud-
 itaq; come-
 no cōmunes
 no homines
 brent. se se
 stem diu
 imabat: p̄
 vtri comi-
 estibili odo-
 rulo sicut
 derat / q̄
 os frui m-
 hoc sensu
 seu dicitur
 m. Sicut a
 tam odor
 ra per se
 m neg; a
 is aut regit
 no homines
 us odorifer
 nis frui in
 m̄ qui di
 huc. & v-
 Vno p̄p-
 p̄p̄reat no
 tūq; mar-
 m̄ eat lux-
 vocat na

33

Stulte olfactionis scapha

ti odor quoniam indigemus suavis est: ubi faciat res
pletique sumus: amplius suavis non est. Rose autem
odor semper suavis est. Quis igitur habes aliquid
humani pudoris voluptatibus istis durabus coeun-
di atque comedendi que sunt homini cum sue atque ali-
no communes gaudeat: Socrates quidem dicebat mul-
tos homines propterea velle vivere ut ederent & bi-
berent: sese bibere atque esse ut viverent. Hippocrates
autem diuina vir scientia: De coitu venereo ita exis-
timabat: partem esse quamdam morbi teterrimi que
nostri comitalem dixerunt. hecibi, Solus ergo homo
sensibili odore capitur / neque tam multis est in odo-
rando sicut in ceteris stulticia / sed eo intolerabilior
videtur / quod fere ad solam voluptatem odoriferis res-
bus fruimur: cum his carere possimus. Peccant tamen
in hoc sensu sicut in ceteris duobus modis: aut illiciti
seu illicita odorando aut curare ut alij illicite odo-
rent. Sicut autem in principio ostendimus prothoplasti
etiam odorando peccauere: Sunt preterea in hac stul-
ticia persei: indi & nonnulli romani qui neque ad ami-
cam neque ad cenam sine unguento procedebant. In
his autem regionibus qui vestibus aut corpori ut allicis
ant homines odores varios adhibent. Quicque in res-
bus odoriferis voluptate nimiam captat: ita ut crea-
turis frui indecenter atque illicite videantur. Tales sunt
impij qui dicunt Sap. ij. Venite fruamur bonis que
sunt: & utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter
Vino precioso & unguentis nos impleamus: & non
pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis
antequam marcescant: nullum pratium sit quod non per-
transeat luxuria nostra. Huiusmodi fatuos & fatuas
aduocat nauarcha / hoc celeusmate.

D iij

odor
Socrates.
hipocrates
Cortis
Peccant in
hac re
Adam & Eva
Peccat
Romani
Impij
Sapieñ. ij.